

*Ou* æquiualeat *ou* vel *o* Græcorum & *u* superiorum Germanorum aut Itatorum: vt *loup* lupus, *ou*? *vbi?* *sourd* surdus.

Desinit esse diphthongus & *o* fit Consonans vt plurimum, quando Vocalis aut *u* sequitur: veluti *pauois* scutum, *poure* pauper, *noüice* nouicius, Ne pro Consonante sumatur, superponuntur bina puncta in hunc modum *proüesse* fortia facta, *broüet* iusculum, *la proüe d' un nauiri* aut *d' une nauire* vtriusuis generis, *Prora* nauis.

## P

**P** Ante *h* in eâdem syllaba æquiualeat *f*: vt *philosophe* philosophus, *phiole* phiala, *Ambion* nomen proprium, &c. In omnibus syllabis profertur: vt *paix* pax, *pere* pater, *precepteur* præceptor, *banap* calix, *rapt* raptus.

Excipe *sept* septem, demptis tamen *septante* septuaginta, *Septembre* September, *Septentrion* Septentrio.

Mutum est similiter in *temps* tempus, *champs* campi, *nepueu* nepos, *compte* computatio, *baptiser* baptisare, *noces* nuptiæ, *recepte* receptio: quæ sic pronuntiabis *tans*, *chans*, *neueu*, *corte*, *batiser*, *noces*, *recete*.

Quomodo confunderetur. à Germanis, diximus supra in littera *B*.

## Q

**Q** Semper post se adiunctum habet *u* & sic æquiualeat *o* Græcorum, seu *k* Germanorum: vt *quantite* quantitas, *quitter* relinquere, *pourquoy?* quare, &c.

Differt à pronunciatione Latina, quia Latini *qu* molliùs & quasi per duas syllabas efferunt: vt *qu are?* *qu-ia*, &c. Galli autem vnicam syllabam faciunt, & durius pronunciant *que*, *qui*, *qua*, &c. ac si scriberetur, *ke*, *ki*, *ka*.

Rarò occupat vltimam syllabam; & tunc effertur vt *c*, vt *ong*, vel potiùs *oncques* aui *oncq* vnquam, *coq* vel *cocq* Gallus, *musq* vel *muscq* muscus, *cing* vel *cincq* quinque

R Ve.